

MIMOSAE, lucis flores

*Est flos luce plenus,
subrisus videtur
aureae stellae dispersae
in delicatis fragmentis.
(Fabritius Caramagna)*

Delicata sed fortis, semper virdis et odorosa, mimosa se praestat aureo colore.
Diffusa in Australia et Nova Zelanda, introducta est in Europam in saeculo
decimo nono. Potest se pandere quindecim metra a mense Decembri usque ad
mensia verna.



Eius nomen originem trahit a verbo Graeco "*mimèomai*", id est
"imito", quod se aptat facillime naturae condiciones quoque difficiles.

Contra, mimosa "pudica" claudit subtilia folia argentea, si quis tangit
eam, quasi plena verecondiae.



In florum lingua mimosa indicat amores secretos. Generaliter, est symbolum innocentiae, castitatis, animi delicati et libertatis.



Indis Americanis, ramus aureus est symbolum aeternitatis animi.



Est quoque symbolum solis lucentis, vitae quae triumphat contra mali potentiam.



LEGGENDA DE PUELLA MIHM

Est legenda quae narat de antiquo populo in insula remota, cuius puellae erant notae aurei set longis capillis. Insidiatae a viris populi ostili, in periculum incurrebant ab eis rapiri.

Olim, cum homines ad mare exiverunt, grex predones puellas rapuerunt. Eae conductae sunt in specum in litore loci, ibi mansurae quoad undae maris non essent altiores. Una e puellis, tamen, cui erat nomen Mihm, statuit fugam temptare per cuniculum, ut virum amatum reviseret.

Exitus tamen erat artissimus et misera puella, comitibus inventis, animam efflavit in ipso cuniculo.

Dicitur sponsus, cum ad puellam convenit, pro ea plantam invenire aurea et plenam florum. Erant olim capilli fluentes, nunc in vento ut flores fluctuantes.



LEGENDA EX OCEANIA



In insula nomine "Tasmaniam" natus est, in tempore remoto, flos mimosae.


Insula dominabatur a rege militari, nomine Asan, strenuo at duro corde ob bella periculosa. Olim, in proelio, feritus est ab hoste et quasi occisus.

Eius mater sororque valde amabant Asan sed in odio habebant eius iuvenem et dulcem sponsam (timidam et gentilem Azar), cui erant invidiosae. Itaque impediverunt Azar adesse curae eius viri et hoc per dies, menses infinitos.

Cum rex recuperavit salutem, iratus contra puellam et ignarus veritatis, eam expulit e regia, cedens Principi terrae remotae. Timida puella iam sine lacrimis nec desideriis sortem accepit, petens solum sibi longum velum ne eam cognoscerent si transiisset in terra eius primi viri.

At olim sui filii, eam cognoscentes, eius redditum petiverunt commoti et lugentes.
Azar iis dedit sua dona: cothurnos, aureas vestes et parvam stolam.

At pater revocavit filios, eis obligans oblivisci matrem iniuste iudicatam indignam.





Azar, vexata iniustitia et dolore, sine iam viribus se humi prostravit,
caput opertum longo velo ad eam celandam in morte aeterna.

Princeps, qui eam amabat sincerius quam Azan corde ferito, invenit sub
velo arbustum florentem, radicibus humi ad corpus morientis.

Erat flos mimosae, abhinc flos mulierum, quae statuere volunt suam
sortem.



*In tabula figuratur "natura mortua" at vividi colores, praeter in aridis foliis,
eam reddunt vivam, florida mimosa illuminata.*

.

"Natura mortua cum mimosa"
(Leo Cozzi)


*Parvae stellae in coelo sereno. Stellae? Minime,
est florida mimosa in poculo celesti, non in
tabula sed ripa lacus splendenti.*

.





Stylista Armenus, notus nomine Edgardi Artis, in diversis compositionibus ramos et flores mimosae. Qui fiunt vestes et ornamenta in corpore puellarum delineamenti.





MIMOSA

*Ibam Sanctum
Geronimum
ad portum
quasi sopitum
cum in colli hiemali
apparuit turris
e gelu hiemali.
Turris aurea
odore perfusa.
Erat mimosa
In luce diffusa.*

Pablo Neruda

Lux solis in colli hibernali? Non, est planta mimosa quae nuntiat ver vicinum.

*Tradit semina vento ut
infantem ad cunam.
Non petit trophea
Est mulier quoque ea!*

(Laura Marchetti)

Puella stringit ramum floris (vult eum offerre an stringere ad cor?). Meditaturne de sua vita futura sponsae?

(William Adolf Bouguereau, Mimosa)





In oppido, cui est nomen Mandelieu-la-Napoule, in Litore Coeruleo, mimosae appellantur "parvi soles".

Abhinc annum 1931, in "Festa Mimosae" currus extruuntur mimosis et aliiis floribus.

Praeter pompam curruum per oppidi vias,
eligitur "Regina Mimorum" et in
Dominico die actiones inter curros pugnarum.

LUCIA MATTERA



